

in horto perpetravit, in memoriam nobis revocamus. In horto  
 horum initium factum est: ergo & in horto acerbissima tua,  
**CHRISTE JESU**, passio, ut plenissima pro peccatis no-  
 is fieret satisfactio, incipi debebat. O auspiciousimum mi-  
 ni! In horto legem DEI transgressi eramus: ergo & in  
 horto nos **CHRISTUS** cum irato Patre reconciliare debe-  
 t. O exoptatissimam pacem! In horto peccatum per  
 un hominem, perq; illud mors in hunc mundum venerat, ut  
 d omnes homines, quia omnes peccaverant, transiret. Er-  
 go & in horto **CHRISTUS** cruento suo agone nos ab  
 eterna morte liberare debebat. O beneficium ineffabile!  
 In horto insubediencia nostra DEUM graviter ad iram com-  
 moveramus: ergo & in horto aterni Patris ira in **CHRIS-  
 TUM** projici debebat, ut pro nobis immensos dolores ac tre-  
 ores perferret, ipseq; desperationi proximus foret. O amorem  
 sine exemplo! In horto ob insubediencia hac imposita fue-  
 rat poena, ut in sudore vultus nostro vesceremur pane: ergo &  
 in horto **CHRISTUS** peccatis nostris onerandus erat. O  
 summan misericordiam! In horto ob scelus ab Adamo com-  
 missum terram, cumq; hac ipsum etiam hominem DEUS execra-  
 tus fuerat, dirisq; omnibus deroverat: ergo & in horto maledi-  
 ctio omnis, omnis execratio, dirae omnes de cordium nostro-  
 rum terram auferri debebant. O ingentem favorem!  
 In horto coelestis Pater de terra sterilitate tulerat sententi-  
 am: ut nempe nil nisi spinas & tribulos produceret: ergo &  
 in horto spinis coronari **CHRISTUS** debebat, ut prima illa  
 condemnatoria sententia aboleretur. O inauditam gratiam!  
 In horto Eva, omnium viventium matri, dicebatur, quod in dolore  
 libe-